

Hyacinthus

Hyacinthus adulescens pulcherrimus erat, quem Apollo deus amabat et in ludis secum ducebat. Itaque per floridos¹ campos prope Eurotam flumen saepe deus et amicus eius ambulant et in silvis feras agitabant². Olim³, dum corpora exercent⁴, Apollinis discus declinabat⁵ et in caput miseri Hyacinthi cadebat. Sanguis ad terram profluebat, facies adulescentis expallescebat⁶, membra rigida fiebant et corpus in terra, tamquam vacuus culmus⁷, iacebat. Accurrit Sol, pulchrum caput iuvenis sustinet nec profluvium sanguinis reprimere potest. Omnia vana erant, ne medicamenta quidem⁸ Apollinis iuvenem e crudeli morte rapere poterant: miser Hyacinthus oculos suos iam claudebat. Tum maestus Apollo prope corpus eius clamabat: «E vita excedis, miser puer, quod manus meae adulescentiam tuam rapiunt; dono autem amicitiam nostram consecrabo: in florem te convertam et immortalitatem donabo. Quotannis⁹ ad novam vitam revocaberis, cum primo vere fragrantia florum per totas

¹ floridus = cfr. flos, floris

² feras agitare = animalia petere et capere (id est venatio)

³ olim = “una volta”

⁴ exerceo, es, ere = “esercitare”

⁵ declino, as, are = “mutare direzione”

⁶ expallesco, is, ere = pallidus fieri

⁷ culmus = “stelo, gambo”

⁸ ne... quidem = “neppure”

⁹ quotannis = unoquoque anno, quoquo anno

Rif.: Familia Romana, cap. XX

terras erit, reviresces¹⁰ fulgentibus foliis permulcente Sole¹¹». Ab eo die, cum ver splendet in orbe terrarum, prata mollibus fragilibusque hyacinthis operiuntur.

(Anna Bongiorno)

¹⁰ reviresco, is, ere = “rinascere”

¹¹ permulcente Sole = “sotto le carezze del sole”